



Scr. publ. Leipzig 1804 - 06.

1804.

Bauer, H. G.: Respons. iur. CII, CIII - CLX.

Niener Chr. G.: Comment. ad leg. nov. de iure aedif. molarum

Niener, A. L.: Joannes Georg. I et Frider. Aug. I.

Eck, J. G.: De collegio D. Mariae Virginis.

Tunghans, S. F.: De gabellae detract. ex usu fori sax. elect. aest. II.

Tahner, P.: Quaest. med. for. VIII.

Rau, Chr.: De responsis vel ICtorum.

—————: De solen. T. testium cod. adhib. ad § 3. Inst. de codicill.

Stodemann, A. C.: Chrestomathia iur. Flor. I.

1805

Bauer, H. G.: Respons. iur. CLXII - CLXIII.

—————: Dedit. I - V. contra ord. proc. recogn. mon.

Niener, Chr. G.: De foenore illicito.

—————: De simultanea invest. plur. in solid. compet.

Erhard, Chr. J.: Coniectan. ex vario iure II et III.

Tunghans, S. F.: De gabellae detract. ex usu fori sax. elect. aest. II

1805
12.
27

PROCANCELLARIVS
D. SAMVEL FRIDERICVS
JVNGHANS

CONSISTORII ELECTOR. SAX. ET ORDINIS IVRIS-
CONSULTORVM LIPSIENSIS ADSESSOR

SOLLEMNIA INAUGVRALIA

PRAECLARISSIMI CANDIDATI
JOANNIS AVGVSTI LEBRECHT
SEYFERTI

DRESDANI
IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREI ET CAVSARVM
FORENS. PATRONI

DIE I. AVGVSTI A. R. S. CIOCCCCV

IN
AUDITORIO IVRISCONSULTORVM
CELEBRANDA

INDICIT

DE
GABELLAE DETRACTIONE EX VSV FORI SAXONICI
ELECTORALIS AESTIMANDA
SPECIMEN QVARTVM

PROCANCELLARIVS

D. SAMVEL FRIDERICVS

IVNGHANS

CONSISTORII DIRECTOR. SIX. ET ORDINIS IVRS-

CONSULTORVM LIPSIENSIS ADESSOR

SOLEMNIA INAVGVALLA

PRAECLARISSIMI CANDIDATI

IOHANNIS AVGVSTI LEBBECHT

SEYFFERTI

PHILIA STRISSOXE BACCALAURI ET CAESARIS

PHILIPPO LIPSIENSIS

DE L'AVERTI W. W. OBISSOCCY

AVDI TOMO VYHISGOVSALITORM

DE CONFERENDIIS DECORAT. VBI HABENS HABUIT. HINC

AVDI TOMO VYHISGOVSALITORM

AVDI TOMO VYHISGOVSALITORM

AVDI TOMO VYHISGOVSALITORM

AVDI TOMO VYHISGOVSALITORM

AVDI TOMO VYHISGOVSALITORM

AVDI TOMO VYHISGOVSALITORM

AVDI TOMO VYHISGOVSALITORM

AVDI TOMO VYHISGOVSALITORM

AVDI TOMO VYHISGOVSALITORM

AVDI TOMO VYHISGOVSALITORM

SPECIMEN QVARTVM



mirum de hereditate. dicitur in parva petra. nuncius
 et nominibus candidis. quibus in dicitur. sic. vi
 ex consuetudine exierit loci vicinia pars detrahitur. cum
 e contrario reliquae res mobiles ad eundem locum & eadem
 personam eodem omni detractione ea ex causa detrahitur.
 pars reuerfalibus iuris dicitur. dicitur in parva petra. nuncius
 tamen res mobiles. praeter nomina de personis detrahitur
 ex causa. esse. Quam rem tamen. si res sub imperio de-

Hacce solenni occasione vtor iure meo in scriptis pu-
 blicis reservato, quo nimirum libellum de gabellae de-
 tractione ex vsu fori Sax. Elect. aestimanda continuare,
 et praesenti Sectionem III. qua de *retorsione*, *statu pacti-*
tio et *litteris reuerfalibus* agitur, studiose persequi possum. p

§. LII.

Cum in causis, quae litteras reuerfales admittunt, om-
 nia consuetudinibus locorum, vbi heredes habitant, stricte
 admetienda videantur, facile euenire potest, vt vna vel
 altera rerum mobilium species gabellae detractioni non sub-
 jecta sit, intuitu reliquarum vero semel adoptata praeualeat
 immunitas, tamen causa easdem personas eademque loca
 tangat. Plura de hac re demonstrata habes in Rescripto
 clementissimo praefecto Lipsiensi sub d. 11. Sept. 1765.
 dato, in fine hujus §phi No. XXIII. transsumto. In eo ni-

mirum de hereditate, quatenus in parata pecunia, nummis et nominibus confisteret, gabella ita determinata fuit, vt ex consuetudine exteri loci vicesima pars detraheretur, cum e contrario reliquae res mobiles ad eundem locum & easdem personas absque omni detractone ea ex causa deferrentur, quia reuersalibus litteris datis clare significatum fuisset, illic tantum res mobiles, praeter nomina et pecuniam detractui exemptas esse. Quam rem tamen, si terras sub imperio ducis Saxoniae *Gothani et Altenburgensis* fitas, in illo Rescripto nominatas spectare velis, recentiore aetate paulo mutatam et nunc imprimis ex conuentione inter hunc et principem nostrum clementissimum a. c. 1795. perfecta supra §pho XLVIII. commemorata considerandam dijudicandamque habebis.

No. XXIII.

R. l. g. Wir haben aus eurem unterthänigsten Bericht von 24 April. c. a. vernommen, was ihr in Sachen des zu Leipzig verstorbenen Creyfs - Steuer - Revisoris und Amts - Land - Richters Iohann Iustus Lucassens Verlassenschaft betr. sowohl wegen deren Verabfolgung an die instituirte Testaments - Erbin, Annen Magdalenen Stollin, nach Waltershausen im Gotha'schen, als auch ratione derer davon an verschiedene in besagtem Herzogthum sich aufhaltende Legatarios zu extradirenden Vermächtnisse, in Rückficht des davon zu fordernden Abschosses zu Unserer Entschliessung gefellek.

Wann

Wann Wir nun geschehen lassen können, dafs, soviel die Stollin anbelanget, derselben angeregte Erbschaft, da solche grösstentheils in baarem Gelde und Activis bestehet, gegen das zu Waltershausen gewöhnliche Abzugs-Quantum an 5 pro Cent, die ihr zukommenden Meubles aber, ohne Abschofs verabsolget, denen übrigen im Gothaischen wohnhaften Interessenten hingegen die ihnen sowohl in baarem Gelde, als in andern Mobilien beschiedenen Legata gegen einen gleichmäfsigen Abzng von 5 pro Cent, oder auch beydes, sowohl die Erbschaft, als die Vermächtnisse, gegen Anschaffung de obseruando reciproco verbindlicher Reuersalien, ohne Abschofs an die Orte ihres Domicilii extradiret werden mögen; Als begehren Wir, ihr wollet deme gemäfs das weiter Nöthige veranstalten. Mochtens etc. und etc. Dresden den 11. Septb. 1765.

An
den Cammer Commissions-Rath und
Creiss-Beauten zu Leipzig.

§. LIII.

Quodsi vero magistratus iure detractus quaesito bene praeditus sit, hic quidem saluo iure, in singulo casu reuersales accipere et reddere valet, prout res vel suadeat vel dissuadeat. Interim tamen hic ab alio magistratu, qui iure detractus neuiquam gaudet, reuersales exigere non potest, etiamsi gabellam in casu speciali remittere velit. Hoc enim juris detractus exercitium inuolueret, quod illi extraneo magistratui neuiquam competit. Quae res praesertim in
fo-

foris Saxonis obuenire potest, quibus causae detractiois potissimum ex consuetudine legitime introducta diiudicantur, et omnis reuersio cessat, si bona ex vna iurisdictione in aliam, attamen intra fines patriae transferuntur. Ille nimirum magistratus, qui tale ius consuetudinarium et rite quaesitum pro se allegare non valet, eo ipso quoque omni iure, reuersales extradendi, et ab alio magistratu exigendi, destituitur. Et ratio est in promptu, cum magistratus de iure, quo ipse non gaudet, alium magistratum haud certiores reddere, multo minus de reciproco obseruando huic fidem dare possit. Nec res mutatur, etiamsi magistratus heredis exportantis iure detractus bene gaudeat et nihilominus gabellam in singulari casu tum remittere velit, cum ille reuersales producat. Ita Curiam supremam Dresdensem saepius rescribere memini, ex ratione, quod illi magistratu ius detractus quaesitum non competat. Hoc enim non fundatur in ratione locorum mutua (*in dem Verhältnisse der Orte gegen einander*) sed in longa consuetudine ex regulis, quae circa praescriptionem aliorum iurium valent, legitime delineanda.

§- LIV.

His praemissis late patet, ad essentialia litterarum reuersalium, quae gabellam detractiois concernunt, imprimis pertinere, vt tum quoad obiecta, tum quoad personarum conditiones causae praesenti, ob quam offeruntur, vndiqua-

quaque conueniant. Et hoc non solum in causis, quibus de immunitate quorundam obiectorum, sed etiam si species quaedam in illa prouincia, in quam transferuntur, non eadem qualitate gaudeant, ex qua in foro hereditatis iacentis aestimantur. Rem clariorem habebis, si velis exempli loco ex rebus utensilibus illustrare, quae forte in alia prouincia rebus hereditariis adnumerantur. De iis quidem iam verba fecimus supra §pho XLI. cum causam in vniuersum ex iure retorsionis tractarem. Sed nunc curatius enodemus, vtrum, si quaestio de litteris reuersalibus perinde exhibendis occurat, hae locum inuenire et statum ab vtraque parte prorsus diuersum ad obseruationem reciproci ducere possint? Atque, si dicendum, quod res est, nullum dubium remanebit, quin casu obueniante accipiendae sint, dummodo alter magistratus sancte promiserit, se speciebus enumeratis in casu inuerso eandem qualitatem attributurum, siue reciprocum itidem obseruaturum esse. Quodsi igitur in patria nostra, et in specie in ciuitate, qua successio feminarum in res utensiles recepta est, defuncta femina eas reliquerit, et proximam cognatam in extera ciuitate, qua res utensiles ignorantur, heredem habuerit; Quodsi porro inter vtrosque magistratus litterae reuersales de immunitate rerum hereditariarum a gabella detractionis saepius inuicem oblatae ac receptae fuerint: Vereor, ne formula, qua perinde omnino vsi fuerint, nostrae causae speciali satis respondere, vel transmissionem rerum utensilium inter res hereditarias simul efficere possit. Potius magistratui eius loci, quo leges

et

et consuetudines geradae significationem ac qualitatem non agnoscunt, ante huius transmissionem incumbet, documentum rebus ipsis prorsus accomdatum exhibere. Et in eo non solum de consuetudine ac modo succedendi recepto testificari, sed etiam in litteris reuersalibus promittere debebit, se curaturum esse, vt omnes res, quae in Saxonia, vel in ciuitate, de qua iam agitur, ad res vtenfiles plerumque referuntur, casu obuiente, simul inter alias res mobiles vel immobiles ad hereditatem defunctae extraneae spectantes hereditibus in Saxonia relictis, tanquam partes hereditatis vniuersalis, absque gabellae solutione transmittantur. Quae certificatio si forte in litteris de obseruando reciproco haud plane congrua apparuerit, vel haud satis clare expressa fuerit, magistratus, sub cuius imperio rerum vtenfilium vsus floret, vberiore illius promissi explicationem desiderare potest. Ex reuersalibus litteris igitur tum exemptio ab onere, gabellam soluendi, sperata, tum eadem successio et promissa transmissio rerum, quae apud nos vtenfilibus adnumerantur, inter res hereditarias prorsus apparere debet. Idem comprobant verba Rescripti a summo Regimine Consistorio Vitebergensi sub d. 9. Maii 1787. dati, hic post Nrum. XXIII. copiose sequentis.

No. XXIII.

L. g. Nachdem Wir, auf euern, unterm 20ten Aug. a. pr. erstatteten unterthänigsten Bericht, geschehen lassen können, daß der Lifetten Magdalenen verehlichten Schlonicken zu

Kalk-

Kalkwitz im Brandenburgischen, von dem Nachlasse ihrer zu Dahme verstorbenen Mutter, der Pfarr-Wittbe Marien Magdalenen Wohlfeldin, zukommenden Antheil, samt denen darunter befindlichen Geradestücken, nach befügtem Kalkwitz, allwo keine Gerade üblich, gegen beyzubringende und mit darauf, daß von dort die Gerade unter dem Erbe mit in hiesige Lande verabfolgt werde, zu richtende obrigkeitliche Reversales, Abschloßfrey exportirt werden möge; Als ist hierdurch Unser Begehren, ihr wollet in dessen Gemäßheit das Weitere verfügen. Mochdens etc. und etc. Dat. Dresden den 5ten May 1787.

An
das Consistorium zu Wittenberg.

§. LV.

Taceo de censu emigrationis, quoniam libellus meus, vti supra §pho VI. notavi, de eo non agit, sed potius gabellam detractationis in specie sic dictam concernit. Attamen paucis tantum hoc loco monendum existimo, litteras reversales, respectu rerum hereditariarum datas, non statim de censu emigrationis intelligendas, nec ad eum extendendas esse. Erenim si de hoc quaestio occurrit, in litteris promissorii emigrationis casus expresse significandus est. Quod patet ex Rescripto Regiminis Dresdensis ad praefectum Barbyensem sub 16. Nov. 1783. transmissio.

B

Cla-

Claris etiam verbis eiusmodi litteris adiciendum est, quales species vel censui, vel gabellae ansam dederint, imo plenis verbis explicandum est, easdem species, in casu inuerso, iudem fauore promisso et immunitate sperata gauifuras esse. Quae res doctrinam de separandis diuersis rebus gabellae detractionis obnoxiiis supra §phis VII. ac sequentibus quodammodo delineatam eo magis illustrat, quo magis interdum fieri solet, vt in vno eodemque loco gabella detractionis, vel saltem de quadam rerum mobilium classe, aut de parata pecunia, vel de rebus immobilibus, vel solum de legatis aut hereditatibus, vel de nominibus priuatiue recepta, probata et in vsu sit, de reliquis vero mobilibus speciatim non expressis plane cesset. Fingamus igitur, magistratum eiusdem loci desiderare ab alio magistratu litteras reuerfales ad vniuersa bona spectantes. Hic iuste denegare, vel saltem probationem, vel testificationem expectare possit, ex qua appareret, omnes res, vel mobiles et immobiles, vel legata et hereditatem, vel pecuniam et nomina gabellae immunitate frui. Quam si acceperit, et ex sua parte eandem immunitatem vel iam concesserit, vel tribuerit, nullum amplius dubium de statu reciproco perfecte promotum vnquam mouendum erit. Quid? quod res adeo minoris pretii, quae forte cum aliis maioris argumenti detractioni gabellae subest, vix poterit statim immunitatem adipisci, nisi magistratus per litteras reuerfales de ea re certior factus sit. Inde saepius fieri solet, vt verba legis interdum, vel statutum, aut pactum dubia de illis causis forte enata non tam

fa-

facile remouere possint, quam tenor litterarum de obseruando reciproco, clarus et ad species aliquas certo directus. Omnis quippe dubitatio, hoc praesupposito, statim euanescit, etiamsi caeterae res hereditariae, vel plures diversarum rerum classes detractio subiciant. Ex eo, quod Regimen Dresdense praefecto Friburgensi sub d. 17. Febr. 1789. rescriptis, clarius apparent ea, quae hoc loco de grauitate et certitudine reciproci, etiam intuitu singularum rerum proposui. Quapropter copiam iussus clementissimi sub No. XXV. hic addere curauit.

No. XXV.

L. g. Wir können auf die, von deinem Vorfahrer im Amte, und dir resp. unterm 5ten July 1764. und 10ten Jan. 1787. samt einem Inferate erstatteten unterthänigsten Berichte, gefehlen lassen, das von denen 8000 Rthlr. betragenden Kaufgeldern des von Sophien Elifabeth verwitweter Michaelis und Cons. zu Halle, unterm 7ten Nov. 1765. an Johann August Lohsen allda verkauften, im Amte Freyburg gelegenen Amtsfäßigen Allodial - Guths, Iptingen, der Abshofs mit 10 p. C. auch eben soviel p. C. an Abshofs, in Ansehung der von ermeldeten Verkäuferinnen, sich bey dem Verkauf vorbehaltenen Inventarien - Betten, erhoben werden möge, wenn nicht, soviel den Abshofs von den Inventarien - Betten anbelanget, annoch näher, als sich aus der Magdeburgischen Policy - Ordnung Cap. 56. §. 5. ergiebt, durch einen annoch beyzubringenden obrigkeitlichen Revers dociret werden kann, das im Magdeburgischen die Mobi-

lien und deren Werth, bey der Exportation außser Landes dem Abfchofe nicht unterworfen find; welchenfalls sodann in Anfehung besagter Inventarien - Betten einiger Abfchofs nicht zu erheben ist. Wannhero hierdurch Unser Begehren, du wollest deme allen gemäfs das weiter Nöthige verfügen und veranstalten. Mochtens etc. und etc. Dat. Dresden, den 17den Febr. 1789.

Ab.
den Beamten zu Freyburg.

§. LVI.

Idem, quod iam de obiectis in chartam conieci, valet quoque certo respectu, de conditione personarum, praesertim si vel privilegio quodam munita, vel immunitate singulari praedita sit. Qua quidem in re litterae reuersales in specie ad exemptionem personarum eiusdem generis et clypei dirigendae sunt, ut iis, si in eo loco, ex quo bona iam transferuntur, vitam degant, atque ex loco in litteris illis nominato hereditatem, vel alia bona aliquando forte accipiant, eadem immunitas salva maneat. Ponamus, viduam clerici in externa provincia habitantem hereditatem in Saxonia sitam adeptam esse, eamque, ut gabellae solutioni eximeretur, petiisse. Ponamus etiam, illam nostro magistratui obtulisse litteras reuersales de observando reciproco, quae in uniuersum loci bona ad externos ciues delata concernerent, siue ad hereditates iisdem relictas spectarent. Quis esset, qui vellet eiusmodi litteras pro causae satis convenientibus aestimare?

mare? Quis non perspiceret, has quidem ciues nostri loci in vniuersum, non autem personas priuilegiatas tangere? Quis dubitaret de nimis generali litterarum responsione? Quapropter in casu hic proposito necesse erit, vt vidua clerici a magistratu exterae prouinciae vel praefecturae alias litteras, quae clericis, vel eorum coniugibus, viduis et liberis in nostra praefectura degentibus de eadem exemptione in specie fidem dare possint, eorum magistratui exhibeat. Nec ratio longe petenda est, quia clerici, eorum coniuges, viduae et liberi, nisi illae laicis nubant, vel vti hi, statum suum omnino mutant, apud nos foro priuilegiato, et exemptione quadam gaudent. Interim ea, quae iam proposuimus, solas res mobiles concernit; etenim quod ad res immobiles clericorum, eorumque coniugum et liberorum attinet, huc non referendum est, sed respectu earum ratio loci, quo sitae sunt, longe habenda et causa ex regulis in Sectione prima delineatis, sicut intuitu laicorum et possessorum praediorum definienda est. Qua in re argumenta de litteris reuersalibus non ex qualitate, clericis eorumque coniugibus et liberis propria, sed ex iuribus in foro rei sitae receptis diiudicanda sunt. Caeterum tamen monendum est, vt litterae, quas vocamus reuersales, si personas priuilegiatas, vel foro domicilii exemptas concernunt, quamquam in iis ad ciuitatem siue ad praefecturam, in qua habitant, simul respiciatur, tamen non a magistratu inferiore sed superiore, imprimis illis praeposito Collegio exhibendae sunt. Plura de hac re illustrat Rescriptum, quod supremum

Re-

gimen praefecto Dahmano sub d. 14. Maii 1787. communicavit, et in copia sub No. XXVI. hanc §phum sequitur.

No. XXVI.

L. g. Bey dem Confistorio zu Wittenberg hat Charlotte Ludovice verwittwet gewesene Müllerin, nachdem sie sich, mit dem Prediger, Gödicke, zu Frankenfehrda, im Königl. Preussischen Amte, Zinna, anderweit zu verhelichen genommen, um Abschofsfreye Verabfolgung ihres Vermögens aus Unseren Landen, gegen Beybringung eines von dem Justiz - Amte zu Zinna gegen das Amt Dahme, de observando reciproco, ausgestellten Reverses angefuchet. Nachdem Wir nun kein Bedenken finden, ermeldeter anderweit verhelichten Gödickein, wenn der bey dem Confistorio zu Wittenberg übergebene Revers des Amtes Zinna, annoch nahmentlich auf die Abschofs - Befreyung derer Kirchen- und Schuldiener in dem Amte Dahme mitgerichtet, und das solcher Revers unter Genehmigung der Regierung zu Magdeburg ausgestellt worden, beygebracht wird, sowohl ihr Mobiliar - Vermögen, als auch, in so ferne selbige Immobilien, welche des Amtes Dahme Gerichtsbarkeit unterworfen, besitzen sollte, und solche verkauft, die Kaufgelder davon Abzugsfrey nach gedachtem Frankenfehrda verabfolgen zu lassen; Als begehren Wir hierdurch, du wollest deme gemäß das Nöthige verfügen und veranstalten. Daran etc. Dat. Dresden, den 14den May 1787.

An
den Beamten zu Dahme.

Sunt

Sunt adhuc quaedam de litterarum reuersalium traditi-
one monenda, quae, cum instituti ratio mihi fines iam po-
fuerit, proximae differendi occasione relinquo.

Progrediendum nunc ad ea, quae mihi hanc scribendi
opportunitatem praebuerunt. Decreuit nimirum Ordo
meus summos in vtroque iure honores

V I R O

PRAECLARISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

JOANNI AUGUSTO LEBRECHT
SEYFERTO,IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREO, ET ADVOCATO
LEGE SAX. RECEPTO,

qui de semetipso et vitae suae ratione sequentes exhibuit
lineas:

*Natus sum Dresdae, anno seculi praeteriti
septuagesimo septimo, patre CHRISTIANO LE-*

BRECHT

BRECHT SEYFERTO, *iuris utriusque Doctore ac Consule, quem mors praematura nuper mihi lugenti eripuit, matre vero FLORENTINA ERDMUTHA e gente SACHSIA, quae ut vita quam longissima fruatur, nihil est, quod magis in votis habeo. Literarum humaniorum linguarumque antiquarum studio non solum SANDERO, LINDNERO, HEROLDO et KLENGELIO, ducibus privatos inter parietes incubui, sed etiam scholam Crucianam frequentans OLFIO Rectore et BEUTLERO Correctore, nec non in lingua gallica et italica BRVELIO, et in Mathesi, THOERMERO usus sum praeceptoribus quam maxime colendis. Anno 1796. Lipsiam me contuli, ubi a WENKIO, Rectore Magnifico, in numerum civium academicorum receptus, in philosophia audivi PLATNERVM et HEIDENREICHIVM, in historia WIELANDVM. Varias autem iurisprudentiae partes me docuerunt RAVIVS, ERHARDVS, HAVBOLDVS, WEISSIVS et SCHNEIDERVS, viri nulla laude indigentes. Et cum postea anno 1799. nonnulla iuris capita, Praeside RAVIO, publice defendissem, examen pro praxi sustinui. His peractis in patriam reversus, et ad praxin iuridicam per-*

sexen-

sexennium causarum patrocinii operam navavi, fautorum, quibus uti contigit, indulgentissimorum, virorumque summa auctoritate et insigni doctrina conspicuorum fultus auxilio, quibus tot ac tanta debeo, ut in iis pie devenerandis summoque amore amplectentis omne meum studium sin positurus. Jam vero feliciter superato utroque, quod doctoralis dignitatis candidatis subeundem est, examine, ab Ill. stri ICTorum Lipsiensium Ordine, ut mihi summos in utroque iure honores tribueret, humanissime petii. Quibus honoribus ornatus, uti longissimam laetandi materiam habebam, ita tunc demum studiorum meorum fructus mihi percepisse videbor, quum ad omnia pietatis et observantiae officia, Illustri huic ordini exhibenda, promptissimum me ac paratissimum praestiterim.

Cui quidem desiderio, posteaquam Candidatus Ornatissimus in utroque examine pro Candidatura pariter, ac rigoroso, doctrinam suam, et iurisficientiam Collegio nostro satis probavit, perinde deesse haud potuimus.

C

Ita-

Itaque in eo est, ut proximo die XXXI. Julii hora pomeridiana l. XX. Cod. de poenis in Auditorio Iuriconsultorum lectionibus cursoriis illustrabit, et die sequenti I. Augusti dissertationem inauguralem de jure stapulae et emptorii civitatis Dresdensis, praeside Viro Illustri et Consultissimo, D. AUGUSTO CORNELIO STOCKMANNO, Titulorum de verborum significatione et diversis regulis iuris Professore publico ordinario, et Ordinis Iuriconsultorum Adfessore, Fautore ac Collega singulari honoris cultu prosequendo defendat. Quo facto IDEM VIR ILLUSTRIS et Collega coniunctissimus, D. STOCKMANNUS, in quem principali auctoritate et ex Decreto Ordinis constitutus Procancellarius promotoris munus transtuli, summos in utroque iure honores cum omnibus privilegiis et iuribus huic dignitati adnexis, sola spe suffragii in Collegio nostro aliquando obtinendi excepta, ipsi more solito tribuet.

Huic igitur solennitati, ut Vos, RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, ILLUSTRISSIMI COMITES, VTRIVSQUE CIVITATIS PROCERES GRAVISSIMI, COMILITONES GENEROSISSIMI ac PRAENOBISSIMI, placido vultu interesse, atque praesentia VESTRA honorifica actum ipsum splendidiorem reddere velitis, tum Ordinis mei, tum
Can-

Candidati, meoque ipfomet nomine omni, qua decet obser-
uantia, rogo.

P. P. in Uniuerfitate Litterarum Lipsienfi, Domini-
ca VII. post Feft. Trinitatis A. R. S. cl19cccv.



EX OFFICINA RICHTERIA

Cantabrigiae, in officina typographica
 Universitatis Cantabrigiae, anno
 Domini MDCCLXXIII, die
 XXII Junii.



Hic est liber
 Bibliothecae
 Universitatis Cantabrigiae
 in Collegio
 S. Petri ad
 Vinum
 Cantabrigiae
 in Anglia
 die 22 Junii
 1773





ULB Halle

3

003 492 257



fe

VB18







1805
12.
27

PROCANCELLARIVS
D. SAMVEL FRIDERICVS
JVNGHANS

CONSISTORII ELECTOR. SAX. ET ORDINIS IVRIS-
CONSULTORVM LIPSIENSIS ADSESSOR

SOLLEMNIA INAUGVRALIA

PRAECLARISSIMI CANDIDATI
JOANNIS AVGVSTI LEBRECHT
SEYFERTI

DRESDANI
IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREI ET CAVSARVM
FORENS. PATRONI

DIE I. AVGVSTI A. R. S. MDCCCX

IN
AVDITORIO IVRISCONSULTORVM
CELEBRANDA

INDICIT

DE
GABELLAE DETRACTIONE EX VSV FORI SAXONICI
ELECTORALIS AESTIMANDA
SPECIMEN QVARTVM